

VII. AVCHINDAVY,  
STATIO PER LINEAM VALLI QVINTA?

Accedit *Shirva*.

Ad *Auchindavy*, quod praedium est situm m. p. Anglica  $1\frac{3}{4}$  a *Kirk-intilloch* oppido, vestigia castrorum certa neque exigua observata sunt (Horsley p. 159; Roy p. 169; Stuart p. 326 ss.) prodieruntque ibi praeter dedicationes solitas (n. 1111—1116) et vexillationis legionariae memoriam (n. 1117) etiam tituli aliquot sepulcrales tam militis quam privatorum (n. 1118—1120) una cum anaglyphis defunctorum, qui representantur solito ad cenam recumbentium habitu (monum. Scot. 16. 17; Goughs Camden 4 p. 100 tab. 4 fig. 4; Stuart p. 333 tab. 12 fig. 2. 3);

dextera patellam tenent, adstat canis. Servantur nunc Glasgoviae in museo Hunteriano similesque sunt omnino Devensi supra n. 175; tituli perierunt, sed ad legionarios etiam illos pertinuisse probabile est. Unde non videtur dubitari posse, quin statio valli ibi fuerit; cui secundum Ravennatis enumerationem nomen *Colanicae* conveniret. Titulos (n. 1117. 1118. 1119) aliasque antiquitates inde delatas esse ad vicinum *Shirva* non est quod miremur.

1111—1114 A. 1771, in digging the canal to join the firths of Clyde and Forth ad *Auchindavie* (just without the south-west angle of the fort STUART) repertae sunt arae quattuor, cura Andersonis illatae museo Glasgoviansi, ubi servantur. 'Hasce quatuor aras, apud *Achendavie* effossas, academiae Glasguensi donarunt honorabiles canalis navigabilis inter Fortham et Glottam procuratores, ann. dom. 1771' MONUM.

1111 a Alta ped. 3.

I O M

VICTORIAE

VICTRICI·PROSAE

TE IMP·N·ET·SVA

5 SVORVM

M COCCEI

FIRMVS

CO LEG·II·AVG

1112 b Alta ped. 2 dig. 4.

DIANA E

APOLLINI

M COCCEI

FIRMVS

3 CO LEG·II·AVG

1113 c Alta ped. 2 dig. 6.

GENIO ♀

TERRAE

BRITA

NNICAE

M COCCEI 5

FIRMVS

7 LEG·II·AVG

1114 d Alta ped. 2 dig. 9.

MARTI

MINERVAE

CAMPESTRI

BVS HERC

EPONAE 5

VICTORIAE

M COCCEI

FIRMVS

CO LEG·II·AVG

Contuli. Anderson apud Roy *milit. antiq.* p. 201 tab. 38; R. Gough *Archaeologia* 3, 1786 p. 118 ss. tab. 8 fig. 1—4 cf. *Archaeologia* 21, 1827 p. 459 (Goughs Camden 4 p. 98 tab. 2 fig. 1—4); Hoare *Gyrald. Cambr.* 1 p. 137 s.; Orell. 1686 b et 1355 d; Hodgson 2, 3 p. 266; Akerman *archaeol. Index* p. 80 c; Newton p. 111, 43 c; Monum. Scot. 21—24; Irving *Dumbartonshire* p. 13 in tab. fig. 3; Stuart p. 330 tab. 11 fig. 1—4.

Lectio omnino certa est, unde errores priorum minores omitto. d 4 HERC (heroi) omnes; sed iam Orellius Herculis nomen latere perspexit. Scilicet *Hercl(i)* scriptum erat. Observa centurionis notam in c sola a reliquis diversam esse.

a *I(ovi) o(ptimo) maximo, Victoriae victrici pro salute imp(eratoris) n(ostri) et sua suorum*

b *Dianae, Apollini*

c *Genio terrae Britannicae*

d *Marti, Minervae, Campestribus, Hercl(i), Eponae, Victoriae*

*M. Coccei(us) Firmus o(centurio) leg(ionis) II Augustae*

Cf. dedicationes Uxellodunenses supra n. 372—395. Victoria haec victrix videtur diversa fuisse a Victoria simpliciter dicta. Praeterea notandum dedicantis nomen gentilicium more vetusto casu primo *Coccei* compendio scriptum. Imperator videtur Pius fuisse.

1115 *Auchindavy*. Pars superior arulae repertae et servatae una cum n. 1111—1114, altae dig.  $11\frac{1}{2}$ .

SILVA

NO

Contuli. Monum. Scot. 25; Anderson apud Roy *milit. antiq.* p. 203 tab. 38; Hodgson 2, 3 p. 266; Stuart p. 331 tab. 11 fig. 7.

1116 Fragmentum, in a farm-yard, occupied within the inclosure of the Roman fortress at *Achendavy* near *Kirkintulloch* SKINNER. Perit THOMS. Litterae bonae et profundae intra coronam lauream.

NO

MART·MAL

VICTO ≡ MILLI

AVGT ALAE EX

VLERNIS

I. Skinner *Archaeologia* 21, 1827 p. 459 ss. tab. 21, fig. 3 (inde Stuart p. 332 tab. 11 fig. 5; I. Becker *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 106).

Initium et finis tituli incertae lectionis sunt et interpretationis, certa tantum militis alicuius aut militum legionis II Augustae mentio; ut perspexit C. F. Hermann *Gött. gel. Anz.* 1846 p. 1416. In fine latere ex *veteranis* proposuit I. Becker; vix recte.

1117 Rep. in *Skirway* (*Shirva*) prope *Auchindavy*; servatur Glasgoviae in museo Hunteriano, 'ex dono Thomae Calder de *Shirva*, mercatoris Glasguensis' MON. Partes effractas componendas curavit HORSL. Lapis longus ped. 3 dig.  $9\frac{1}{2}$ , altus ped. 2 dig.  $2\frac{1}{2}$ .

VEX

LEG·II

auG

Contuli. Gordon it. sept. tab. 6 fig. 1; Horsley p. 199 *Scotl.* 12 (inde Goughs Camden 4 p. 98 tab. 3 fig. 8; Hoare *Gyrald. Cambr.* 1 p. 125. 131 tab. 2, 7; Hodgson 2, 3 p. 265); Monum. Scot. 12; Stuart p. 336 tab. 12 fig. 1.

In fine *fecit* vel similia cum numeris possunt deesse.

1118 Rep. near *Shervy* GORD. Lately found in a curious tumulus . . . in the fosse of the Roman wall in Scotland not far from *Kilsyth* HORSL. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano, 'ex dono Thomae Calder de *Shirva*' MON. Est cippus fastigio rudi ornatus altus ped. 2 dig. 2, latus ped. 1 dig.  $5\frac{3}{4}$ .

rosa rosa

rosa

in

fastigio

D M

FLA ♀ LVICIA

NVS·MILES

LEG·II·AVG

no

Contuli. Gordon it. sept. add. p. 26 tab. 66 fig. 6; Horsley p. 192 cf. p. 339 *Scotl.* 33 (inde Goughs Camden 4 p. 100 tab. 4 fig. 3; Hoare *Gyrald. Cambr.* 1 p. 125. 132 tab. 2, 10; Hodgson 2, 3 p. 265; Akerman *archaeol. Index* p. 70; Monum. Scot. 18; Stuart p. 344 tab. 12 fig. 5.

V. 5 vestigia omittunt reliqui.